

materiam tuam denigrari, gaude, quia principium est operis, & scito, quod caput artis est Corvus, qui in nigredine noctis & Diei claritate sine alis volat; Convertte ergo corpora in incorporea, & putrefiant cura, postquam enim materia erit putrefacta, ad faciendum corpus spirituale, nam in putrefactione est complexio ex complexione, Masculinum & foemininum Lumen, seipsa nempe complectuntur & coeunt, & lux moderna gignitur ab eis, cui nulla lux similis est per totum mundum.

Siehet man also/ daß in der Fäulung alles in allem/ ja das höchste Leben in dem tieffesten Tod / die höchste Ehre in der größten Schande/ die größte Glückseligkeit auß der größten Unglückseligkeit erfolget/ und darinnen steckt. Est ergo in nostro opere Putrefactio necessaria, quia nunquam fit aliquod nativum, vel crescens, nec animatum, nisi post putrefactionem, quia si putridum non fuerit, non poterit fundi nec solvi, & si solutum non fuerit, ad nihilum redigetur. Nam nisi lapis ille fixus volatilifatur, volatilis animatur & figitur, in toto nihil erit. Diese Putrefaction aber ist giftig / und doch nicht giftig/ tothicht und doch sauber/ rein ja am allerreinsten/ und geschehen in selbiger alle operationes universaliter, welche nachfolgend particulariter vorgehen / alhier universaliter. Nostra ergo putrefactio non est sordida, nec immunda, sed est commixtio  $\nabla$  x. Cum  $\nabla$  per minima, donec totum corpus fiat unum, nam in  $\nabla$  ista sunt omnes modi, sc. sublimatio, destillatio, solutio, calcinatio, fixio. Ideo nostra contritio, solutio, & alia operationes non fiunt manibus, sed suavissima Solis decoctione.

Nam